

Etudine gestientes, & hincient de mari huius seculi. Propterea qui nunc in scripturis sanctis eruditi estis, & scitis vobis tantum gaudium tantaque premia reservari, in doctrinis glorificate dominum: audientes illud quod scriptum est: Qui gloriatur, in domino gloriatur.

2. Cor. 10. d Nequaquam in terra Iudææ, sed in insulis, id est in ecclesijs huius maris & seculi, in quibus bene dicitur atque laudatur nomen domini dei quondam Israel, siue hominis videtis deum. Iuxta lxx, oia quæ de sanctis intelleximus, referri possunt ad impios: quod cum fuerit finita vindicta, tunc illi clamet in supplicijs constitutus.

Qui autem euaserint impiorum numerum, latentur in gloria domini: & conturbentur aquæ populorum huius seculi. **¶ Ab alis terræ** portenta &c. Et dicit: Mysterium meum mihi &c. Hoc quod dicitur, mysterium meum mihi, in lxx non habetur, sed de Theodotionis translatione in

F Græco additum est. Rursum pro eo quod illi posuerunt uæ, ut sequenti uersiculo iungeretur, in Hebraico dicitur: **Uæ mihi.** Pro finibus quoque, quod nos per explanationem sensus apertius posuimus, in Hebraico habetur **Uæ mihi,** quod aliam non finem sonat. Hi ergo, de quibus supra dictum est: Leuabunt uocem suam atque laudabunt, cum hincierint de mari, & in doctrinis glorificauerint dominum, & uiderint in insulis maris laudari nomen domini dei Israel: tunc consona uoce cantabunt & dicent: Ab alis terræ, hoc est, a prophetis & a sanctis domini, qui assumptis alis columbæ, ad cælorum regna festinant: laudes eius audiuius predicari: & quod gloria uel spes iusti non sit irrita, sed rebus omnia plenior. Dicentibus itaque hæc sanctis, & hincientibus de mari, & leuantibus uocem suam, atque laudantibus, propheta sibi in seipsum loquitur. Uam, inquit, hæc audissem, & in subuersione orbis uaticinium prophetarum explendam esse perspicerem: locutus sum mihi interno cordis affectu: Non possum cuncta narrare, quæ cerno. Hæret lingua faucibus meis: uox dolore concluditur. **Uæ mihi:** quantus ordo penarum ante oculos uersatur meos: cerno præsentia quæ futura sunt. Errant autem qui hoc putant ex persona dei debere intelligi, rerum ordinem non sequentes. Mirorque, quo sensu, pro psalmis & laudibus, quod in Hebraico legitur **Uæ mihi,** Septuaginta interpretati sunt, nisi forte signum est, atque portentum, ut excluso populo Iudæorum,

HEB. maris nomen domini dei Israel. A finibus terræ laudes audiuius, gloriam iusti, & dixi: Secretum meum mihi: uæ mihi. a Præuaricantes præuaricati sunt, & gressoriam præuaricati sunt. Formido, & fouea, & laqueus super uos qui per te qui habitatoris terræ. Et es terræ: Et erit qui fugerit a uoce formidinis, cadet in foueam: & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo.

Quia cataracta de excelsis aperta sunt: & concutientur fundamenta terræ. Confractio ne confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra. Agitatione agitabitur terra, sicut ebrius: & auferetur quasi tabernaculum unius noctis: & grauiabit eam iniquitas sua: & corruet, & non adiciet eam resurgat. **d** Et erit in die illa coteretur, & commouebitur, atque agitabitur terra in similitudine ebrii: non quod ipsa terra redigatur in puluerem & in nihil, sed quod uniuersa terrena præseatur, & succedat alia conuersatio. Et quomodo ebrius nescit quid agat, sed hebescentibus ebrietate neruis, nec pes, nec mens stat in suo officio, sic omnis terra, id est omnes homines qui uersantur in terra, maiorum magnitudine atque penarum ebrii erunt, & stupebunt ad cuncta quæ cernent. Et sicut unius noctis tabernaculum atque tentorium transferretur de loco ad locum, & locus tectorii pristini a uiatore deseritur, ita ut nullum uestigiū remaneat præterita mansionis, sic transibit figura huius mundi, & erit terra deserta, quæ grauata est iniquitate sua: cuius pondus & grauisimum onus in Zacharia scribit, quæ sedebat super talentum plumbi. Et corruet, inquit, & non adiciet eam resurgat. Non quod resurrectio negetur hominum, & omium qui uersabantur in terra, sed ne quaquam erit terrena conuersatio & pristina uitæ status: eum ad hoc humana resurgant corpora, ut animæ eisdem quæ prius deposuerant corporibus uestiantur, & recipiant a deo, siue bona, siue mala, quæ egerunt super terram. **d** ¶ Et erit in die illa, uisitabit dominus super militiam cæli &c. Et erubescet luna, & confundetur

incredula prius gentium turba saluetur. **b** ¶ Præuaricantes præuaricati sunt, & præuaricatione transgressorum &c.) Hæc est causa luctus & gemitus mei, propter quam secundo dixi, secretum meum mihi: secretum meum mihi: quia omnes præuaricati sunt legem dei: & nequaquam domini pena differunt, nec futura prædicitur, sed imminet, & habitatores terræ captos tenet. Cumque se putauerint fugisse, ex alio incidunt in aliud: & quocumque se uerterint, independentem iram domini non euadent.

¶ Quia cataracta de excelsis aperta sunt, & concutientur &c.) Propterea formidinem & laqueum & foueam domini nullus euadet, quia cataracta de excelsis, siue: ut Septuaginta manifestius trãstulerunt, **πύλιντος τοῦ ὑπεραντὶ ἰερῶν, δηλωσῶν,** id est fenestræ cæli aperta sunt, ut despiciet dominus hominum uniuersa peccata, quæ prius quia non puniebat, uidebatur peccatoribus ignorare. Postquam autem apertis fenestris uidit cuncta opera mortalium, concussa sunt fundamenta terræ.

¶ Quia cataracta de excelsis aperta sunt: & concutientur fundamenta terræ. Confractio ne confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra. Agitatione agitabitur terra, sicut ebrius: & auferetur quasi tabernaculum unius noctis: & grauiabit eam iniquitas sua: & corruet, & non adiciet eam resurgat. **d** Et erit in die illa coteretur, & commouebitur, atque agitabitur terra in similitudine ebrii: non quod ipsa terra redigatur in puluerem & in nihil, sed quod uniuersa terrena præseatur, & succedat alia conuersatio. Et quomodo ebrius nescit quid agat, sed hebescentibus ebrietate neruis, nec pes, nec mens stat in suo officio, sic omnis terra, id est omnes homines qui uersantur in terra, maiorum magnitudine atque penarum ebrii erunt, & stupebunt ad cuncta quæ cernent. Et sicut unius noctis tabernaculum atque tentorium transferretur de loco ad locum, & locus tectorii pristini a uiatore deseritur, ita ut nullum uestigiū remaneat præterita mansionis, sic transibit figura huius mundi, & erit terra deserta, quæ grauata est iniquitate sua: cuius pondus & grauisimum onus in Zacharia scribit, quæ sedebat super talentum plumbi. Et corruet, inquit, & non adiciet eam resurgat. Non quod resurrectio negetur hominum, & omium qui uersabantur in terra, sed ne quaquam erit terrena conuersatio & pristina uitæ status: eum ad hoc humana resurgant corpora, ut animæ eisdem quæ prius deposuerant corporibus uestiantur, & recipiant a deo, siue bona, siue mala, quæ egerunt super terram. **d** ¶ Et erit in die illa, uisitabit dominus super militiam cæli &c. Et erubescet luna, & confundetur

detur